

procedere consueverunt. Pulcherrima autem musa illa sit, quae non modo voluptatem parit et iucunditatem, verum etiam commoditatem openque ad vitam recte agendam. Nullius enim officii ratio intendit, ut dumtaxat voluptatem suppeditet, sed ut utilitatem cum honesta voluptate, quod in singulis
5 perquirendis perspicuum erit. Ergo pulcherrima musa, quam petimus, non voluptate iucunditateque tantummodo, sed vera quoque utilitate determinanda est.

At quia rei naturam nosse oportet, si quis de quavis re iudicare vere
recteque voluerit, idcirco musicae natura consideranda est iis, qui scire
10 cupiunt, quid in ea recti bonique sit, et eo magis, quo ipsa mores vel depravat vel instruit, ut male beneve adhibita fuerit, cum praesertim videamus interdum poëtas gestibus et modulis muliercularum verba virorum tribuere et modulis ac gestibus hominum liberorum honestissimorumque numeros servorum atque illiberalium hominum accommodare aut ingenuis numeris et
15 gestibus reddere modulos verbaque contraria ac rursus numerum et gestus sine modulo verbis solis in versum collocare aut modulum atque numerum sine verbis solo fidium pulsu aut tibiae flatu exprimere, quo fit, ut perdifficile cognitu sit, quod sibi numerus aut concentus velit et quam dignam simulationem sequatur. Ergo seniores nostros institutos esse oportet
20 merorum et concentuum ratione, ex quibus musica constat et in quibus maxime versatur, pollereque iudicio, quo virtutem modulandi discernant et finiant. Cum enim genus omne modulandi, si ea, quae convenient, habet, recte compositum est, si quae minus convenient, prave, et qui norit, quid habeat, idem dignoscere, an recte sit compositum, potest, eatenus seniores
25 nostros institui et musicae ratione erudiri decet, quatenus numerorum gradus et modulorum fidiculas assequi valeant, quo peritia et longo usu concentus et numeri, quid tantae talique aetati conveniat quibusve ipsi sese voluptatibus tute afficiant, deliberare possint praebereque exempla iuvenibus morum bonorum ac sese exhibere dignos virtutis auctores atque magistros.
80 Tantum nobis afferet bonum chorus Liberi patris, si recte exerceatur, 14 tantumque ad comparandam virtutem iuvabit. Bene autem exerceri poterit, si, quod evenire in conviviis solet, ut pleraque per tumultum committantur, id ne fiat, procurabitur adhibito magistro sobrio atque erudito, qui lege optima alacrioris animi contumaces motus contineat. Nulla enim res, ut
35 supra dictum est, tam bona haberi potest, quin, si bono careat rectore, prava esse videatur. Ergo conviviis quoque magister praeficiendus est sobrius, constans et integer, qui animos convivarum seniorum leviores quidem, agiliores audacioresque faciat fomento poculi liberalioris, sed nihilo minus molliores, perinde ut ferrum igne remittitur, atque oboedientiores
40 magistro, qui informare erudireque possit, quem ad modum olim cum

14 ἀνελευθέρων U ἐλευθέρων B V M

11 cf. Plat. Legg. II. 669 c—e. | 20 cf. Plat. Legg. II. 770 d—671 a.

καλῶ θάρρει τὸν κάλλιστον διαμαχόμενον φόβον, ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην καὶ θεῖον ὀνομάκαμεν φόβον, ἐμποιοῦντες καὶ τοῖς μὲν πειθομένοις τιμὴν, τοῖς δ' ἀπειθοῦσιν αἰσχύνην τε καὶ ἀτιμίαν ἐπιφέροντες. οἷς ἔπεται τὸ τοῦς τοιούτους ξυμπότας ὠφεληθέντας καὶ μᾶλλον φίλους ἢ πρότερον καὶ μὴ ὡς νῦν ἐχθροὺς ἀλλήλων ἀπκλλάττεσθαι ὑπὸ νήφουσιν ἐπιστάταις. οὐκ ἔστι δὲ ἀρα δεῖ τὴν Διονύσου δωρεάν ἀπλῶς ψέγειν, »ὡς ἔστι κακὴ καὶ εἰς τὴν πόλιν οὐκ ἀξία παραδέχεσθαι«. ἔστι γὰρ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν αἰτία εὖ γινομένη, αἰδοῦς μὲν κτήσεως ψυχῆ, σώματι δὲ ὑγείας τε καὶ ἰσχύος. εἴ τις οὖν πόλις αὐτῇ μετὰ νόμου καὶ τάξεως χρήσεται τοῦ σωφρονεῖν ἕνεκα καὶ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν μηχανωμένη, εὖ ἂν πράττοι. εἰ δ' ὡς παιδιᾶ τε 10 καὶ ὡς ἐξὸν τῷ βουλομένῳ καὶ ὅταν βούληται καὶ μεθ' ὧν ἂν βούληται πίνειν μετ' ἐπιτηδεύματων ὄντινωνοῦν ἄλλων, οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον, ὡς δεῖ ποτε μέθῃ χρῆσθαι ταύτην τὴν πόλιν ἢ τοῦτον τὸν ἄνδρα.

- 15 Ταῦτα μὲν καὶ πολλῶ πλείω τούτων καὶ καλλίω — μόλις γὰρ ἡμεῖς 15
 U 160^v τὸ πολλοστὸν ἐκείνων εἰρήκαμεν — οὐ περὶ μέθης αἰσχροῦ πράγματος, ὡς ἄνθρωπος οὗτός φησι, λέγει Πλάτων, ἀλλὰ περὶ μουσικῆς καὶ τῆς ὅλης παιδείας νέων καὶ ὀρθῆς ἀγωγῆς φιλοσοφεῖ. ὧν ἕκαστον καὶ ἐννοιῶν σεμνότητι καὶ μεγέθει καὶ λέξεων κάλλει καὶ λαμπρότητι καὶ συνθήκης γλυκύτητί τε καὶ δεινότητι ἅμα οὕτω συγκέκραται, ὡς θαυμάζειν, εἴ τις οὕτω 20
 B 110^v νεοσηκυῖαν ἀκοὴν καὶ διάνοιαν ἔχοι, ὡς μήτε ἀκούειν μήτε ξυνιέναι τῶν λεγομένων δύνασθαι, ἀλλ' οὕτως ἀναίδην ἢ ἀμαθῶς αὐτοῦ καταφέρεσθαι καὶ μέθην αὐτοῦ κατηγορεῖν τοῦ διαρρήδην τοῦς μὲν παῖδας μέχρις ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι νομοθετοῦντος, τοῦς δὲ μέχρι τριάκοντα γεύεσθαι μὲν, ἀλλ' ὡς μετριοτάτου, τοῦς δ' ἀπὸ τετταράκοντα 25 καὶ περαιτέρω καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν συγχωροῦντος, οὐδὲ τοῦτ' αἰεὶ, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ἕκτῳ σαφέστερόν φησιν, ἐν ταῖς ἑορταῖς Διονύσου· »πίνειν εἰς μέθην οὔτε ἄλλοθί που πρέπεια, λέγοντος, »πλὴν ἐν ταῖς τοῦ τὸν οἶνον δόντος θεοῦ ἑορταῖς«, οὗτ' ἀσφαλὲς καὶ τοῦτο οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ διὰ τοῦς τὴν ὅποιανοῦν χρῆσιν οἴνου ψέγοντας, μὴ σκεπτομένους, εἴ τις κἀντεῦθεν 30 ὠφέλεια ἔπεται ὀρθῶς γινομένου. δέδεικται γὰρ δὴ καὶ βάσανον ἀκριβῆ καὶ ῥαδίαν ἅμα καὶ ἀκίνδυνον ἡθους ψυχῆς εἶναι τὴν οἴνου πόσιν καὶ μουσικῆς ἐπιτηδεύσεως πράγματος οὕτως ἀναγκαίου πρὸς ἀρετὴν αἰτίαν τοῖς γέρουσιν ὀρθῶς γινομένην καὶ αἰδοῦς μὲν ἐν ψυχῇ κτήσεως, σώματι δὲ ὑγείας τε καὶ ἰσχύος καὶ δυστυμίας λήθης καὶ μαλακότητος, εὐαγωγίως 35
 U 161^v τε ψυχῆς πρὸς ἀρετὴν χορηγόν. ἥς τὸ πρὸς ὑγείαν χρήσιμον καὶ Ἀσκληπιάδαι πάντες μαρτυροῦσιν εἴτε Ἕλληνας εἴτε Ἀραβες. ὧν μακρὸν ἂν εἴη τὰς μαρτυρίας παραγαγεῖν. ἐνὸς δὲ τοῦ παρ' ὑμῖν Ἀβικέννα ἀκούσατε,
 V 222^v ἄνδρες Λατῖνοι, αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτω λέγοντος· »τισὶ δὲ δοκεῖ συμφέρον τὸ ἄπαξ ἢ δις τοῦ μηνὸς μεθύσκεσθαι, ὅτι καὶ τὰς ψυχικὰς δυνάμεις τῶν 40

B τοῖς *scripsi* τὴν *codd.* | 22 καταφέρεσθαι U V καταφέρεται B M

6 Plat. Legg. II. 672 a. | 27 Plat. Legg. VI. 775 b. | 39 Avicenna

aetatem adolescentis habebant, corrigat etiam audaciam et, quod pudoris, ordinis, silentii impatiens est, emendet et fiducia minus honestae occurrat honestissimo illo metu perterrens, quem verecundiam, pudorem et formidinem quandam divinam supra appellavimus, eos praeterea, qui obtemperant, honore, qui non obtemperant, ignominia afficiat. Ita enim effici poterit, ut convivae amiciores discedant, non, ut nunc accidit, inimici. Ergo munera Liberi patris, unde nostra omnis oratio fluxit, non omnino vituperanda abiiciendaque ex usu rei publicae videntur. Nam si recte digneque adhibeantur, gignere ea possunt, quae modo exposui, hoc est animo pudorem, vires ac valetudinem corpori. Quodsi qua civitas hoc munere modeste utetur comparans sibi continentiam voluptatis et temperantiae habitum, felicem tranquillamque vitam aget. Sed si ioco et voluptate convivia et vini usum describet, ut cuique, cum quibus et quoties et quem ad modum velit, epulari ac bibere liceat, equidem nunquam aut hanc civitatem aut hunc virum uti vino statuerim.

Haec Plato de vino disseruit suorum temporum usum corrigens, quem reprehendere videtur, dum convivas ita affirmat saepe discedere, ut, qui amici venerant, abeant inimici. Sic ille vix senibus vini usum relinquit, quem adolescentiae prorsus tollit, iuventuti parcissime concedit, idque per convivia tempestitiva et publicae caritatis civilisque solatii gratiam more Lacedaemoniorum. Sic ille ad pudoris et verecundiae temperamentum habitumque exercendum vini usum accommodat, quod adversarius ebrietatem, vinolentiam, temulantiam vocat proclamatque et vociferatur sextam partem totius libri de Legibus nihil aliud continere, quam quomodo cives debeant ebriari. Mos certe priscis illis temporibus fuit, ut iuvenes musicae usu instituerentur, idque pars publicae eruditionis habebatur, quem morem, quoniam minus recte exerceri videbatur, emendare conatus est Plato et, quem ad modum agi modeste ex lege deberet, instituit. Quo loco senili aetati tum remedii, tum solatii gratia vinum indulsit, illorum sententiam reprobans, qui ita de rebus disserunt, ut distinguendi rationem ignorent, quod omnibus fere locis facere solet iureque dividendi artificium sibi tribuit. Primus enim distinguendi rationem excogitavit permultasque veterum dubitationes ita dissolvit teste, quem ad modum supra diximus, Eudemo. Usus itaque vini, quem illi penitus reprobabant, distinguendum ipse censuit et partim honestum commodumque, partim inhonestum et noxium esse ostendit. Sed an sexta totius operis pars in his consumatur, facile ex iis, quae dicta sunt, potest iudicari. Nullum enim de hac re verbum alibi fecit et hic pauca, ut videtis, de vino, multa de musica ratione, de educatione et institutione vitae, de morum consuetudine gravissimo ornatissimoque sermone disseruit. Quae simul et, quid de ipso Platone sentiendum sit, admonent et, quid de adversario, qui sextam operis partem in commendanda ebrietate consumptam esse calumniatur. Medici etiam vini usum probant, non modo quotidianum et modicum, sed etiam quod interdum ebrietatem faciat, qualis illa Avi-

τε καὶ ἡρεμίζει. οὐρά τε προκαλεῖται καὶ ἰδρωῶτας καὶ τὰ περιττώματα διαλύει.» τίς οὖν ἂν εἰκότως διὰ τὰ τοιαῦτα καὶ οὕτως συγχωροῦντα τὴν μέθην ψέξειε Πλάτωνα ἢ πολλὰ καὶ μάταια περὶ αὐτῆς διαλεζόμενον εἴποι; τὸν πάντα μὲν περὶ μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς καὶ τῆς ὀρθῆς παιδείας τὸν λόγον πεπονημένον, τὸ πολλοστὸν δὲ τούτων περὶ οἴνου πόσεως εἰρηκότα, 5 τὸν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ῥητῶς ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δευτέρου λόγου πᾶσι μὲν στρατευομένοις πᾶσαν οἴνου χρῆσιν ἀπαγορεύοντα καὶ ὑδροποσίαις παρὰ πάντα τοῦτον τὸν χρόνον βουλόμενον συγγίγνεσθαι, παντὶ δὲ δούλῳ καὶ δούλῃ μηδὲ γεύεσθαι ποτε οἴνου ἐπιτάττοντα, »μηδ' ἄρχοντας τοῦτον τὸν

B 111 ἐνιαυτόν, ὃν ἂν ἄρχωσι, μηδ' αὐτὸν κυβερνήτας μηδὲ δικαστάς» μηδὲ βου- 10 λευτάς μήτε »μεθ' ἡμέραν μηδένα τὸ παράπαν εἰ μὴ σωμασκίας ἢ νόσων ἕνεκα, μηδὲ νύκτωρ, ὅταν τις ἐπινοῇ παιῖδας ποιεῖσθαι εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνή», ἐπιφέροντά τε »καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἂν τις λέγοι, ἐν οἷς τοῖς νοῦν τε καὶ νόμον ἔχουσιν ὀρθὸν οὐ ποτέος οἴνος, ὥστε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον

U 161^v οὐδ' ἀμπέλων ἂν πολλῶν δέοι οὐδ' ἦτινι πόλει», περὶ τε τῶν φυλάκων ἐν 15 τῷ τρίτῳ τῶν Πολιτειῶν λέγοντα· »μέθης μὲν δὴ εἶπομεν ὅτι ἀφεκτέον αὐτοῖς· παντὶ γάρ που μᾶλλον ἐγχωρεῖ ἢ φύλακι μεθυσθέντι μὴ εἰδέναι, ὅπου γῆς ἐστίν», καὶ »φύλακα ὄντα φύλακος δεῖσθαι», καὶ ἀλλαχοῦ τὸν οἶνον »μαινόμενον θεὸν» καλοῦντα καὶ »νήφοντος θεοῦ» τῆς ὕδατος συγκράσεως δηλονότι δεόμενον. τῷ ὄντι συκοφαντία σαφῆς καὶ ἀγνοίας ἢ 20 πονηρᾶς ψυχῆς ἔργον ἢ λέγειν ἢ διανοεῖσθαι περὶ Πλάτωνος τὰ γε τοιαῦτα.

15 ἀμπελώνων *Burnet* | 20/21 τῷ ὄντι — τοιαῦτα *U^x in marg.* *B V M Z in textu*

6 cf. *Plat. Legg. II. 674 a—c.* | 9 *Plat. Legg. VI. 774 b c.* | 16 *Plat. Pol. III. 403 e.* | 19 *Plat. Legg. VI. 773 d.*

28 *Gell Noct. Att. XV. 2, 4—8.*

cennae sententia est: »Sunt, quibus placeat semel aut bis in mense vino ingurgitari propterea, quod ita et virtutes animales corroborantur et urina movetur et sudores excitantur et excrementa resolvuntur.« Quodsi Plato etiam commodi alicuius gratia vini usum liberaliorem aliquando probaverit, 5 quis ei iure succenseat aut quis, nisi mentis inops, permulta de vino frustra a Platone disputata existimet, quando omnem ille sermonem de recta erudiendi ratione perfecit nec nisi minimam partem in usu vini consumpsit? Postrema etiam parte libri secundi militibus omnibus vini usum prohibuit et servis et magistratibus, quo tempore gubernacula rei publicae tenent, 10 iudicibus et servatoribus et navium gubernatoribus et interdum omnibus, nisi aut exercitii aut valetudinis gratia necesse sit, et nocte, cum procreationi liberorum indulserit. »Permulta, inquit, dici possunt, quae vino minime utendum esse ostendant. Itaque ne vino quidem utendum esse facile aliquis dixerit.« De custodibus autem tertio de Re publica haec scribit: 15 »Abstinentium his esse ab ebrietate iam dictum est. Nemini enim tam turpe atque indecens videri debet ebrietatis vitium quam custodi, qui vino detentus, ubinam sit, ignoret et, qui custos aliorum designatus est, ipse custode egere videatur.« Quin etiam alibi vinum deum furentem appellat sibi que exposcentem beneficium aquae, dei sobrii ac modesti, qui mode- 20 retur et temperet.

Summa certe animi pravitate is peccat, qui Platonem de publico vini usu reprehendit. Quae enim ille palam vetat et vel tollit prorsus vel moderatur, quis sine magno scelere ascribere ei vitio potest? Verum hoc sane facit adversarius exemplo ebrui ac nebulonis illius, de quo A. Gellius 25 mentionem facit. Hic enim hortabatur omnes ad bibendum, idque facere se ex Platonis sententia praedicabat. Sed quem ad modum vir doctissimus Gellius eum reprehendat, attendite. Facile enim ex verbis eius, quid Plato senserit, intellegetis. »Plato, inquit, in primo et secundo de Legibus non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam, quae labefacere 80 et imminuere hominum mentes solet, laudavit, sed hanc largiorem paulo iucundioremque vini invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris et magistris conviviorum sobriis, non improbavit. Nam et modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit reddique eos sensim laetiores atque 85 ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores et simul, si qui penitus in his affectionum cupiditatumque errores inessent, quos aliquis pudor reverens conculcasset, ea omnia sine gravi periculo libertate per vinum data detegi et ad corrigendum medendumque fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit non diffugiendas esse neque respuestas huius- 40 modi exercitationes adversus propulsandam vini violentiam neque ullum unquam continentem prorsus ac temperantem satis fideliter visum esse, cuius vita non inter ipsa errorum pericula et in mediis voluptatum illecebris explorata sit. Nam cui libentiae gratiaeque omnes conviviorum

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
 ΤΟΜΕΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
 ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΕΡΕΥΝΩΝ ΝΕΟΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
 ΔΙΕΥΘΥΝΤΗΣ: ΑΝ. ΚΑΘΗΓΗΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Θ. ΠΙΕΤΣΙΟΣ

18 Ἄλλ' ἐπεὶ τὰ περὶ μουσικῆς καὶ χορείας καὶ ᾠδῶν εἰρημένα τῇ νῦν κρατούσῃ καταστάσει πολιτειῶν διὰ τοὺς ἐπικρατοῦντας θεσμοὺς ἀπάρδοντα V 222^v δόξειεν ἄν, μνησθῆναι δεῖ τῶν χρόνων ἐκείνων καὶ τῆς τότε τῶν ἀνθρώπων ἀγωγῆς καὶ τῶν πολιτικῶν ἐπιτηδευμάτων, οἷς πᾶσι συνέβαινε διὰ πλείστου μουσικὴν καὶ γυμναστικὴν καὶ ὄρχησιν καὶ ᾠδὰς ποιεῖσθαι πρὸς 8 πᾶσαν ἀρετὴν καὶ ἡθῶν εὐστάθειαν καὶ σώματος ῥῶσιν τὸ πᾶν δυναμένας νομίζουσιν. Λακεδαιμόνιοί τε οὖν, πόλις εὐνομουμένη, πάνυ περὶ τὰ μέλη καὶ τὰς ᾠδὰς ἐσπούδαζον, φησὶ Πλούταρχος. »κέντρον δὲ εἶχε ταῦτα ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ φρονήματος καὶ παρρησιαστικὸν ὀρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πρακτικῆς.« οὐδέν τε ἕτερον αἱ ᾠδαὶ εἶχον ἢ ἐπαίνους τῶν γενικῶς 10

9 παρρησιαστικὸν U B V παραστατικὸν *Sintenis* | 10 πρακτικῆς U B V πραγματικῆς *Sintenis*

8 Plut. Lycurg. c. 31.

17 Macrob. Saturn. II. 8, 4 – 6.

Ε.Υ.Δ της Κ.τ.Π
 ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2006

incognitae sint, quique illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas huiusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas coegerit, deleniri plerumque et capi neque mentem animumque eius consistere, sed vi quadam nova ictum labi atque pessumdari.«
 5 »Congrediendum igitur et quasi in acie pugnandum censet cum voluptatibus et cum ista vini licentia comminus decertandum, ut adversum eas non fuga aut disiunctione tuti simus, sed vigore animi et constanti praesentia moderatoque usu continentiam ac temperantiam tueamur calefactoque simul ac redintegrato animo, si quid in eo vel frigidae tristitiae vel tor-
 10 pentis verecundiae fuerit, diluamus.* Ita illustris auctor A. Gellius apertissima verissimaque sententiae Platonis expositione ebriosum ac nebulonem illum avertit, quem adversarius sequens eandem repetere controversiam videtur, nisi quod ille Platoniam disciplinam simulabat, ut vino perperam daret auctoritatem, hic vinum dissimulat, ut Platoni perperam demat auctoritatem. Porro ad hanc eandem sententiam illa accommodata esse videntur,
 15 quae Macrobius vir praestantissimus in Saturnalibus suis scripta reliquit his verbis: »Et Euangelus: Agite, antequam surgendum nobis sit, vino indulgeamus, quod decreti Platonici auctoritate faciemus, qui existimavit fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus
 20 hominis vino flagret. Tum Eustathius: Quid agis, inquit, Euangele? An Platonem existimas haurienda passim vina suasisse, et non magis interminuta pocula iucundiolem liberiolemque invitationem, quae fieret sub quibusdam quasi arbitris ac magistris conviviorum sobriis, non improbasse? Et hoc est, quod in primo et secundo de Legibus non inutile viris esse
 25 decernit. Nam et modicis honestisque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit redditosque sensim lactiores ad intentiones rursus capessendas fieri habiliores.« Haec et plura alia ab eo auctore egregio in hunc sensum conscripta sunt, quae si quis latius haurire cupit, repetat secundum de Saturnalibus librum, ex
 80 quo fonte haec pauca deduximus.

Sed quoniam, quae a Platone de musicae ratione dicuntur, minus 16
 consuetudini nostrae aetatis consentanea esse videntur, repetere parumper vetustae illius aetatis memoriam debemus et hominum illorum eruditionem cogitare, quae talis sane usu fuit, ut ineruditior haberetur, qui musicae disci-
 35 plinae operam non dedisset. Plurimum itaque studii impendere illi solebant fidibus, choris, numeris, et concentu usuque musicae instruebant se moribus moderatis, tranquillis et placidis, et saltandi exercitio vires curabant, corpora agilia, robustiora aptioraque reddebant, tum vero constantem fortemque animum, quo uti in hostem, quando usus exigeret,
 40 possent, eadem musicae ratione sibi parabant et tum tranquilli, tum citi nitebantur. Nempe Lacedaemonii auctore Plutarcho tibia utebantur con-
 citatoria et modulis, qui animos auferent ac impetus facerent vehementiores. Quippe res gestae virorum illustrium, qui pro Sparta et patriae

- ζησάντων και ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων και εὐδαιμονιζομένων και ψόγους τῶν τρεσάντων ὡς ἀλγεινὸν και κακοδαίμονα βίον βιούντων. φησὶ δὲ και ἃ περὶ τῶν τριῶν χορῶν νέων τε και ἀκμαζόντων και γερόντων εἰρήκαμεν, και ὡς οὕτω περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσπούδαζον, ὡς και τῆ κατὰ
- U 162 πόλεμον ἀσκήσει τὴν φιλομουσίαν συνάψαι, ὅπως τὸ ἄγαν πολεμικὸν τῷ 5 ἐμμελεῖ κερασθὲν συμφωνίαν και ἀρμονίαν ἔχη. τοὺς αὐτοὺς δὲ και καρνα- τίξειν. »εἶδος δὲ τοῦτο ὀρχήσεως ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον παρὰ Πολυδεύκους και Καστοροῦ μαθεῖν» φησὶ Λουκιανὸς ὁ Σύρος. και
- B 111^v ὀρχησιν ὄρμον καλουμένην »ἐφήβων τε και παρθένων παρ' ἓνα χορευόντων» χορεύειν. "Ὀμηρὸς τε τοὺς Φαίακας ὀρχήσει χαίροντας ποιεῖ. κὰν Θεσσαλίᾳ 10 τοὺς προαγωνιστὰς προορχηστήρας ἐκάλουν. οὕτως ἐν αὐτοῖς ἢ τῆς ὀρχη- στικῆς ἐπέδωκεν ἀσκήσεις. τὰς τε ἀρχαίας τελετὰς Ὀρφεὺς τε και Μου- σαῖος σὺν ῥυθμῷ και ὀρχήσει μυεῖσθαι ἐνομοθέτησαν, και ἐν Δήλῳ τὰς θυσίας μὴ ἄνευ μουσικῆς και ὀρχήσεως γίνεσθαι. Ἴνδούς τε λέγεται πρῶτ ἀνισταμένους ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζεσθαι, και Αἰθίοπας πολεμοῦντας 15 σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρᾶν. ἐπὶ πᾶσι μὴδὲ Ῥωμαίους ὀρχήσεως ἡμεληκένας, ἦν οἱ εὐγενέστατοι αὐτῶν τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι, ἱερωσύνης δὲ τοῦτο ὄνομα, ὀρχοῦνται σεμνοτάτην τε ἅμα και
- V 223 ἱερωτάτην. ταῦτα γὰρ και πολλὰ τούτοις ὅμοια περὶ πάντων γενῶν ἐκ τῶν ἱστοριῶν εἰπεῖν ἔχομεν. Πυθαγόρας τε αὐτὸς ἀνὴρ σοφώτατος και 20 ψυχῆς ἀρετῆς ἀσκητῆς ὅσην μουσικῆς πεποίηται ἐπιμέλειαν, τίς ἀγνοεῖ; ὅς αὐτὴν και νικῆσαι και καταστεῖλαι πάθῃ και ἡθῇ οὐ νεωτέρων, ἀλλὰ και πρεσβυτέρων ἀνδρῶν αὐτὸς τε ἐπενόησε και τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐπεδειξάτο.
- U 162^v μεμνήμεθα και Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνο, οἷα συνέπασχε και συνεκινεῖτο τῆ αὐλήσει, ποτὲ μὲν εἰς θυμὸν και ἀνδρείαν ἐγειρόμενος, ποτὲ δὲ εἰς 25 μαλακίαν και ἀνεσιν ἀμβλυόμενος. οὕτω τοίνυν ἀναγκαίου και ὠφελίμου τῆς μουσικῆς τῆ πολιτικῆ ἐπιστήμῃ ὄντος οὐκ ἀπεικόντως οἱ ἀρχαιότεροι πολὺν αὐτῆς τε και τῶν εἰς αὐτὴν συμβαλλομένων ἐποιοῦντο λόγον. και ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Κεφ. ι' "Ὅτι οὐδαμοῦ Πλάτων τυραννίδα ἐγκρίνει, ὡς ὁ κατήγορος συκοφαντεῖ. 80

- 10,1 Πρὸς δὲ τὸ τυραννίδος ἐγκλημα νῦν ἀπολογητέον, ὅπου πειράται τὸν Πλάτωνα δεῖξαι τυραννίδα τὴν παρὰ νόμους ἀρχὴν ἐγκρίνοντα, οἷς βούλεται τυραννουμένην αὐτῷ πόλιν δοθῆναι, ἥ ἂν νόμους θείτο ἀρίστους. φαμέν οὖν, ὡς Πλάτων τῶν ἀρχῶν ἐκείνην μάλιστα τῶν ἄλλων ἀπασῶν ἐγκρίνει, ἥ ἐνὸς ἀνδρὸς ἀρίστου οὔσα, κατὰ νόμους τε ἀρχουσα και τὸ κοινῇ συμφέρον 35 σκοποῦσα βασιλεία καλεῖται. ἥς τὴν παρέκβασιν τυραννίδα καλεῖ. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀριστοκρατίας παρέκβασις ὀλιγαρχία ἐστὶ και ἡ τῆς ἰδίας λεγο- μένης πολιτείας δημοκρατία, οὕτως ἡ βασιλικὴ ἀρχὴ εἰς τυραννίδα ἐκπίπτει,

25 τῆ αὐλήσει] U^v post τῆ add. Τιμοθέου. In marg. τοῦτ' ἀρ' ὄνομα τοῦ αὐλήτοῦ. | 81/582,27 νῦν -- νόμων B^v in marg. V M Z in textu, quo loco U B ῥαδίᾳ ἀπολογία, φαμέν γὰρ ὡς εἰδῶς ὁ Πλάτων τῶν νόμων αὐτοῦ | 85 ἀνδρὸς om. V | κατὰ νόμους B^v V

suae salute mortem obierant, eorumque laudes canebantur aut contra convitia eorum, qui propter timiditatem vitam agere voluissent infelicem et miseram. Usus itaque musicae ad rem militarem accommodabant et, ut animum modo incenderent, modo sedarent, tibiis ac fidiculis operam impendebant. Eodem etiam spectat caryatas, de quo Lucianus Syrius scribit. Genus id saltationis erat ex Caryis, Laconicae terrae oppido, a Castore et Polluce delatum. Alterum item genus, quod supra diximus hormum, apud eosdem Lacedaemonios usui fuisse idem Lucianus narrat. Homerus etiam Phaeaces saltantes et planipedes facit. Thessali vero strenuos viros et in dimicando principes planipedes primos appellabant. Ita apud illos genus hoc exercitationis honestum atque imprimis commodum habebatur. Ad haec caerimoniae cum modulis et saltatione Orpheo Musaeoque auctoribus constitutae sunt. Adde sacrificia, quae Apollini non sine musicae et saltationis amoenitate in Delo insula fieri solebant. Indos quoque prima luce, cum primum surrexissent, saltando solem salutare solitos legimus, et Aethiopes proelium ex saltatione conficere. Romanos quoque haudquaquam genus hoc eruditionis contempsisse memoriae proditum est. Salios enim sacerdotes Martis, qui bello praeerat, ex nobilissimis familiis constituebant, qui sacris choris et saltatione, a qua nomen sumpserunt, deo Marti sacrificia facerent. Permulta ex usu diversarum gentium accipi possunt, quibus musicam in publica educatione civilique eruditione usui fuisse manifestum est. Pythagoras vero Samius, vir admirandae sapientiae et virtutis cultor eximius, quantum musicae indulserit, quis ignoret? Hic enim et inflammare et rursus sedare non modo iuvenum, verum etiam seniorum animos musico artificio et excogitavit et docuit. Alexandrum etiam Macedonum regem vario modo ex Timothei tibia moveri solitum legimus et tum impelli provocarique ad arma, tum ad otium quietemque revocari. Quae cum ita se habeant, non temere veteres illi ad usum civilem adhibendum hoc disciplinae genus summa cum diligentia censuere.

80 Cap. X. Platonem nequaquam tyrannidem probasse.

Venio nunc ad tyrannidis crimen, quod Platoni adversarius obiicit. 10, 1
Ex eo sane probatam a Platone tyrannidem conatur ostendere, quod eam civitatem idoneam esse ad mutationem in optimum statum suscipiendam [esse] existimat, quae sub tyranno degere consuevit. Sed nullum hoc esse
85 Platonis crimen optima ratione demonstratur, quamquam adversarius pro sua consuetudine et verba et sententias omnes in malam accipit partem culpatque ea, quae, quomodo a Platone dicta sint, nescit. Plato quidem

ἐν τῷ νόμῳ M | ἀρχουσα M om. | 88 λεγομένης] M add. ἀρχουσα | δημοκρατία B¹ V
δημοκρατίας M

ὅταν μὴ τὸ οἰκεῖον ἔργον φυλάττη. ταῦτα δὲ καὶ Ἀριστοτέλει ἀρέσκει. ὡσπερ δὲ ἐκ βασιλικῆς ἀρχῆς εἰς τυραννίδα ἢ ἐκπτώσις γίνεται τοῖς ἐναντίοις ἐπιτηδεύμασιν, οὕτω τούτων ἐπανορθωμένων ἐκ τυραννίδος αὐτὸ ῥᾶον ἢ ἐξ ὁποιασοῦν ἄλλης πολιτείας εἰς βασιλείαν ἐπάνοδος γίνεται. ἐκ γὰρ τῶν γειννιώντων τε καὶ πλησιεστέρων ῥᾶων ἢ ἐπανόρθωσις. ῥᾶον γοῦν ἐξ ὀλιγ- 5 ἀρχίας γένοιτ' ἂν ἀριστοκρατία καὶ ἐκ δημοκρατίας ἐπανορθωθείσης πολι-
 V 223^v τεία καὶ βασιλεία ἐκ τυραννίδος. ἐπεὶ οὖν Πλάτων βασιλείαν τῶν ἄλλων ἀπάντων πολιτείας εἰδῶν πολλῶ τῶ μέσῳ προτίθησιν εἰδῶς ὡς χαλεπὰ τὰ καλὰ καὶ μὴ ἂν οὕτω ῥᾶδιον εἶναι αὐτόθεν ἐντυχεῖν βασιλείᾳ, τυραννίδα ζητεῖ, ἵν' αὐτὴν ἐπανορθώσάμενος εἰς βασιλείαν μεταβάλλῃ. τοῦτ' οὖν αὐτῷ 10 ὁ κατήγορος προφέρει· τοῦτ' αὐτῷ ὀνειδίζει· τοσαύτην ἔχει τοῦ καλοῦ ἔννοιαν, τοσαύτην, ὑπὲρ ὧν ποιεῖται τὸν λόγον, πεῖραν. λανθανέτω δὲ μηδὲ τοῦτο μηδένα, ὡς τὸ τυράννου ὄνομα τὸν μονάρχην ὅλως σημαίνει. μονάρχης δὲ τίς ἐστὶ διττὸς καὶ κατὰ Πλάτωνα καὶ κατ' Ἀριστοτέλην αὐτόν. κοινὸν μὲν ἔχοντες τὸ πάντων αὐτοὺς εἶναι κυρίους καὶ δεσποτικῶς ἄρχειν κατὰ 15 τὴν αὐτῶν γνώμην, διαφέροντες δὲ τῶ τὸν μὲν κατὰ νόμους ἄρχειν ἐκόντων τε καὶ ἅμα ἐλομένων τῶν πολιτῶν, δι' ὃ καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν ἐπαλλάττειν, τὸν δὲ πρὸς τὸ σφέτερον αὐτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ τῶν ἀρχομένων ὄρωντα, δι' ὃ καὶ ἀκόντων ἄρχειν τῶν ὑπηκόων.

■ Τύραννον οὖν ἐνταῦθα ζητεῖ ὁ Πλάτων, οὐχ ὅν ὁ κατήγορος οἶεται 20 τὸν πάντα κατὰ τε γνώμην τὴν ἑαυτοῦ ἄρχοντα πρὸς τε τὸ ἴδιον συμφέρον ἀναφέροντα, ἀλλὰ τὸν μονάρχην τὸν πρότερον εἰρημένον, τὸν τὸ κοινῇ συμφέρον σκοποῦντα, τὸν ἐπαλλάττοντα πρὸς τὸν βασιλέα. ὅν καὶ μεγίσταις ἀρεταῖς κοσμεῖσθαι βούλεται, ὡς (ἐκ τῶν) προϊόντων φανήσεται. τὸν γὰρ δὴ τοιοῦτον ῥᾶστά τις ἂν εἰς βασιλέα μεταποιήσειε μικρὰ τινα ἐπανορθώσάμενος. τοιοῦτου 25 γὰρ αὐτῷ εἴτε τυράννου εἴτε καὶ βασιλέως τὰ μάλιστα ἦν χρεῖα. εἰδῶς τοίνυν τῶν αὐτοῦ νόμων τὸ αὐστηρὸν καὶ ὡς ὑπὲρ τὴν νῦν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν εἶεν — οὐκ ἂν τε αὐτοὺς ἀνθρώποι διατεθρυμμένοι καὶ βλάκες ῥᾶδίως παραδέξαιτο, ὅπερ καὶ ὁ κατήγορος αὐτῷ πη ἐπιτιμᾷ, δεδὸν τῶν δι' ἴδιαν ἀμαθίαν καὶ ψυχῆς μοχθηρίαν μὴ δεξαμένων αὐτοὺς κατηγορεῖν — τοῦτ' οὖν εἰδῶς ὁ 30 Πλάτων, προσεπιστάμενος δὲ καὶ ὅτι πᾶν τὸ ὑπὸ τῶν κρατούντων τιμώμενον
 V 224 σπουδάζεται ὑπὸ τῶν ὑπηκόων καὶ αὐτὸ ἀμελεῖται τὸ ἀτιμώμενον, ἔτι τε καὶ ὅτι ῥᾶον ὑφ' ἐνὸς ἄρχοντος τοιοῦτου ἢ τιμαῖς ἢ ἀτιμίαις τὸ πλῆθος ἐπανορθοῦται τοὺς κειμένους παραβαῖνον νόμους καὶ πρὸς τὴν ἀκριβῆ φυλακὴν αὐτῶν ἐπανάγεται, τὸν νομοθέτην φησὶν ἐρωτηθέντα, τί ἂν λαβῶν ἔξει κἄν τῶν 35

7 βασιλείαν B^v V βασιλείας M | 10 ζητεῖ B^v V ζητεῖν M | τοῦτ' οὖν B^v V τοῦτο ἦν M | 18 μονάρχην V μόναρχον M | 16 ἄρχειν] V *add.* καὶ | 21 ἑαυτοῦ V ἑαυτῶν M | 27 ὡς B^v V M] U *om.* | εἶεν B^v V M, *quo loco* U B καὶ | τε B^v V M] U *om.* | 30 μὴ B^v V M, *quo loco* U B καὶ | 32/35 ἔτι τε — ἐπανάγεται U *om.* B^v *in marg.* V M Z *in textu*

85 Plat. Legg. IV. 709 e.

87 Verg. Aen. VII. 266.

imperium unius atque optimi viri maxime probat idque regnum vocat, quod, simulac depravatum vitiosumque exstiterit, tyrannidem esse arbitratur. Hoc Aristoteli etiam placet. Nam ut optimatum imperium depravatum in paucorum imperium degenerat, quod Graeci *ὀλιγαρχίαν* vocant, et ut rei publicae status in popularem statum mutatur, sic regia potestas, cum ab officio suo discedit, in tyrannidem labitur. Quodsi repetendum instituendumve est laudatissimum illud genus imperandi, quod regi tribuimus, non ex populari statu aut paucorum aut optimatum repetendum sive instituendum est, sed potius ex imperio tyranni. Ad hoc enim per errorem optimum illud imperium collapsum erat. Itaque quem ad modum medici lapsum corporis temperamentum in calidiorum frigidiorumve habitum inde ad pristinam temperiem revocant non ex parvitate aut magnitudine aut numero aut situ, sic auctor, qui ad bonam, ut ita dicam, valetudinem civitatis respicit, non ex quolibet statu quemlibet constituere aut consentaneum aut facile arbitratur, sed, si optio detur, id accipere debet, quod propinquius est, ut, si optimatum imperium constituere velimus ex paucis, penes quos rerum potestas est, id faciendum sit, si regem ex tyranno. Quod quia Plato ita agendum statuit, vituperatur. Ex quo facile intellegi potest, quantam adversarius earum rerum, de quibus loquitur, peritiam habeat. Nihil enim interesse existimat, undecumque corruptam ac depravatam civitatem corrigere atque emendare quis coeperit. Praeterea tyranni nomen non modo eum significat, qui iniustum atque iniquum imperium in subditos exercet, sed etiam eum, qui, etsi optime imperat, sibi tamen omnia tribuit et in sua unius potestate rerum omnium arbitrium constituit, quem homines praeceptorum temporum vehementer detestabantur vel iniquitate tyranni alterius territi vel cupidi libertatis, quam natura omnes expetunt, licet plerumque temere et contra propriam salutem eam aliqui quaerant. Itaque magna ex parte populari imperio, quod Graeci *δημοκρατίαν* vocant, civitates illis temporibus regebantur, rara optimatum potestas erat, nulla unius. Quodsi quis se unum constituere principem nitebatur, quamvis bonus esset, tyrannus appellabatur et odium hominum vitare non poterat.

Insolentia itaque rei ea tempestate non minus quam vitio infensum erat unius viri imperium. Quod quia tyrannidis nomine vocabatur, Plato tyrannum requirit, veteri usu unicum principem ita appellans, quem ad modum apud Latinos quoque hoc nomen in bonam partem frequentissime usurpatur, ut apud Maronem de optimo rege dictum est: »dextram tetigisse tyranniae. Nam si non plures, sed unus principatum obtinet, facile ei fuerit addere, quae optimo regi adhibenda censet. Iam enim bonam desiderii sui partem habet, si unum assecutus est principem, qui non plures, sed unum intendit constituere. Quin etiam Plato cum suam instituendae civitatis genus asperius esse intellegeret, quam ut facile ab hominibus otio voluptatique deditis recipi posset, unum desiderat, qui ceteris omnibus

- λοιπῶν αὐτὸς τὴν πόλιν ἱκανῶς διοικῆσαι», εἰπεῖν ἂν »τυραννουμένην μοι
 B 112^v δότε τὴν πόλιν. τύραννος δ' ἔστω νέος καὶ μνήμων καὶ εὐμαθὴς καὶ ἀν-
 δρεῖος καὶ μεγαλοπρεπῆς φύσει.« τῷ γὰρ τοιούτῳ, φησὶν, οὐ »παμπόλλου
 τινὸς δεῖ χρόνου μεταβαλεῖν βουλευθέντι πόλεως ἥθη.« »ἀλλ' αὐτὸν πρῶτον
 ταύτη δεῖ πορεύεσθαι, ὅπηπερ ἂν θελήσῃ, ἐάν τε πρὸς ἀρετῆς ἐπιτηδεύ- 5
 ματα προτρέπεσθαι τοὺς πολίτας, ἐάν τε ἐπὶ ταύναντιον, αὐτὸν πρῶτον πάντα
 ὑπογράφοντα τῷ πράττειν, τὰ μὲν ἐπαινοῦντα καὶ τιμῶντα, τὰ δ' αὖ πρὸς
 φόβον ἄγοντα καὶ τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμάζοντα καθ' ἑκάστας τῶν πρά-
 U 163^v ξεων.« τάχιστα γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πολίτας ξυνακολουθῆσαι »τῷ τὴν
 τοιαύτην πειθῶ καὶ ἅμα βίαν εἰληφότι.« μηδὲ οἴεσθω τις ἄλλως ἂν ποτε 10
 πόλιν θᾶπτον καὶ ῥᾶον μεταβάλλειν τοὺς νόμους, ἢ ἐπὶ τοιούτου τυράννου
 κοσμίου νομοθέτης ἄκρος καὶ ἐπαίνου ἄξιος γένοιτο ἢ αὐτὸς τις ἅμα καὶ
 τύραννος καὶ σώφρων εἴη μετὰ φρονήσεως. μὴ γὰρ ἔσεσθαι πόλεσι παῦλαν
 κακῶν ἐν πολιτείαις φθάσας προείρηκεν, »ἐάν μὴ ἢ φιλόσοφοι βασιλεύ-
 σωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλεῖς καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως 15
 καὶ ἱκανῶς, καὶ εἰς ταῦτ' οὐ συμπίπτῃ δύναμις τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία.«
 »ὅταν δὲ συμβῇ τοῦτο, φησὶν ἐν Νόμοις, μυρία καὶ πάντα ἐν πόλει ἀγαθὰ
 ἀπεργάζεται.« καὶ »ὅταν θεῖος ἔρως τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπι-
 τηδευμάτων ἐγγένηται μεγάλαις τισὶ δυναστείαις, ἢ κατὰ μοναρχίαν δυνα-
 στευούσαις ἢ κατὰ πλοῦτων ὑπεροχὰς διαφερούσαις ἢ γενῶν, ἢ τὴν Νέστορος 20
 ἐάν ποτέ τις ἐπανενέγκῃ φύσιν, ὃν τῇ τοῦ λέγειν ῥώμη φασὶ πάντων διε-
 V 224^v νεγκόντα ἀνθρώπων, πλέον ἔτι τῷ σωφρονεῖν διαφέρειν. τοῦτ' οὖν ἐπὶ
 μὲν Τροίας, ὡς φασί, γέγονεν, ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐδαμῶς· εἰ δ' οὖν γέγονεν
 εἴτε καὶ γενήσεται τοιοῦτος ἢ νῦν ἡμῶν ἔστι τις, μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῆ,
 μακάριοι δὲ οἱ ξυνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόντων λόγων. 25
 ὡσαύτως δὲ καὶ συμπάσης δυνάμεως ὁ αὐτὸς περὶ λόγος, ὡς ὅταν εἰς ταῦτ' ὅν
 τῷ φρονεῖν τε καὶ σωφρονεῖν ἢ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώπῳ συμπίπτῃ,
 U 163^v τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης καὶ νόμων τῶν τοιούτων φύεται γένεσις, ἄλλως
 δὲ οὐ μήποτε γένηται.»

3 Διηγεῖται δὲ καὶ ἐφεξῆς ἐν μύθῳ σχήματι ἀρχαίαν τινὰ πολιτείαν 30

- B 112^v γεγενημένην ἀρίστην, ἧς μίμημα εἶναι τὰς νῦν ἀριστοκρατουμένας, ἐν ἧ
 οὐκ ἀνθρώποι ἀνθρώπων, ἀλλὰ θεοὶ ἀνθρώπων ἐπεστάτουν. ὡσπερ νῦν
 ἡμεῖς οὐ βόας βοῶν, οὐδ' αἴγας αἰγῶν ἀρχοντας ποιούμεν, ἀλλ' ἀνθρώπους
 γένος ἄμεινον ἐκείνων, οὕτω καὶ τότε οἱ θεοὶ γινώσκοντες μηδεμίαν ἀν-
 θρωπίνην φύσιν αὐτοκράτορα τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσαν ἱκανήν, μὴ οὐχ 35
 ὕβρεώς τε καὶ ἀδικίας μεστοῦσθαι, οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ δαίμονας γένος
 ἡμῶν θειότερον ἐφίστων ταῖς πόλεσιν ἀρχοντας, »ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς
 ῥαστώνης, πολλῆς δ' ἡμῖν ἐπιμελούμενον ἡμῶν εἰρήνην τε καὶ αἰδῶ καὶ
 ἐλευθερίαν καὶ ἀφθονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀστασίαστα καὶ εὐδαίμονα τὰ
 τῶν ἀνθρώπων ἀπειργάζετο γένη.« »ὅσων οὖν πόλεων μὴ θεός, ἀλλὰ τις 40

6 πάντα *sec. edit.*] *could. om.* | 39 ἐλευθερίαν *could.* εὐνομίαν *Burnet.*

3 Plat. Legg. IV. 711 b. | 9 Plat. Legg. IV. 711 c. | 14 Plat. Pol. V. 473 c d
 | 17 Plat. Legg. IV. 711 d—712a. | 37 Plat. Legg. IV. 713e.